



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Cur Pharisæus publicano iustior.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

habet reperit Deus nisi quod contulit, at qui longius progre-  
ditur Christus non solum recte agendi virtutem  
spiritus gratiae assignans; sed nos exinanitiens ope-  
rum omni fiducia, non enim reprehenditur in ea par-  
te Pharisaeus, quia sibi arroget quod Dei proprium est,  
sed quia meritis suis innititur, ut Deum propitium ha-  
beat, quatenus dignus est. Sciamus ergo, quamvis  
bonorum operum laudem Deo quis ascubat, si tamen  
eorum iustitiam imaginatur salutis suae causam esse  
vel in eam recumbit per rursus arrogantiae damnari. Ac  
nota hic ventosam ambitionem non taxari, dum apud  
homines gloriantur, qui sibi aliis male consci sunt,  
sed occultam hypocrisim, neque enim praeco dicitur  
fuisse suarum laudum, sed tacite apud se precatus. Cae-  
terum quamvis suae iustitiae famam non spargeret alta  
voce, interior superbia Deo abominabilis fuit. Du-  
plex autem eius gloriatio fuit: Nam primo se à com-  
muni hominum reatu absoluit, deinde suas virtutes  
profert. Negat se esse tanquam unum de reliquis, quia  
à seculorum culpa sit immunis, quae passim regnant in  
mundo. Quod autem iactat se bis ieiunare singulis  
sabbathis, & decimas suorum bonorum dare, perinde  
ac si diceret, plus se praestare, quam lex requirat. Sic-  
uti Monachi in Papatu opera supererogationis praedi-  
cant, ac si parum illis esset legem Dei implere.]

Verissimum est Deum nihil iustitiae in nobis inue-  
nire nisi quod contulit. Deinde virtute magendi Spi-  
ritui sancto assignari ab omnibus Catholicis. Denique  
omni nos operum fiducia spoliari libenter fateamur.  
Opera bona Spiritus sancti dona sunt, eo agente per-  
ficiuntur, mercedem ex Dei promissa habent, fidu-  
ciam, sensu Caluiniano nemo in illis habet, sed spem  
firmam in Deo fore, ut illi opera spiritus nobis dona-  
ta placeant. Quia vero nescit homo, amore an odio  
dignus sit, necesse est etiam ut nesciat an opera Deo  
grata sint, nescit, inquam, sed sperat, & sperat de gra-  
tia, non de suis viribus. Nemo nostrum Deum se id-  
circo propitium habere putat, quatenus dignus est,  
sed quatenus eum Deus iustificavit, illi enim propi-  
tius est, quem vocavit, & iustificavit.

Porro quod opera negat causam salutis, idque ar-  
rogantiae deputat, graviter errat. Scriptura enim ope-  
rum causam salutis tribuit, dat enim unicuique Deus  
secundum opera sua. Non constant sibi haeretici, Ki-  
medoncius Caluinianus de praedest. p. 250. media vo-  
cat. [Praedestinatio non tantum complectitur finem,  
qui est vita aeterna, verum etiam media ad illum fi-  
nem, ut est vera in Christum fides, conversio, bona o-  
pera, quae preparavit Deus, ut in illis sambulemus.]  
Quam ob causam eum Matthias Hoe Lutheranus Pa-  
pismi incusat in tract. Anticaluinistica. Verum odio  
bonorum operum, hoc est virtutis, longius progressi  
sunt quidam Lutheranos, aliqui enim contendunt  
esse perniciosam ad salutem, sed de illis alio loco  
actum est. Vide hic Matthiam Hoe. Martinum Lori-  
chium in defensione Wenceslai Budowetz Baronis  
cap. 69.

VERSUS 14.  
Dico vobis, descendit hic iustificatus  
in domum suam ab illo: quia omnis  
qui se exaltat humiliabitur & qui  
se humiliat exaltabitur.

QUESTIO I.  
Cur Pharisaeus publicano iustior?  
Descendit in domum suam iustificatus ab illo, non  
quod suo factu publicanum iustificavit, sed  
quod Pharisaeo iustum fuisse, ve: ex animo pu-  
bl. Adams Conzen in Euang. Tom. II.

blicanus veniam petiit, ideo & vere iustificatus est; S-  
enim ficta fuisset eius humilitas, haudquaquam Pha-  
risaeo fuisset preferendus, Graece habetur: εἰς τὴν οἰκίαν  
αὐτοῦ καὶ εἰς τὴν οἰκίαν, ἢ ἐκεῖνον, hic iustificatus in domum  
suam, quam ille. Vbi necessario subaudiendum est,  
magis vel potius, Hieron. adversus Pelagianos,  
plus quam ille. Augustin. epist. 86. magis. Syrus בן הו  
quali legerit, πρὸ ἐκεῖνον, praeter illum, noster forte, ἐκεῖ-  
ἐκεῖνος: quod tamen non est necessarium. Quadruplex  
est vero lectio πρὸ ἐκεῖνον, πρὸ ἐκεῖνος, ἢ ἐκεῖνον, ἢ πρὸ  
ἐκεῖνον. Quae posterior etsi multorum est codicum,  
non tamen sensum efficit vllum. Brugenensis monet à  
multis omitti πρὸ. Codicem 2. & 8. habere πρὸ ἐκεῖνον.  
Syrus: iustificatus in domum suam, & פרישאי בן הו יתיר  
iathir men hau phrischa, potius seu abundantius pra illo  
Pharisaeo.

§. 2. Beza locum varie deprauatum putat, quod  
insignem doctrinam contineat contra operum fidu-  
ciam. Verum in eo non est deprauatus, quod noster  
vertit ab illo, nam Erasmus ex Gellio testimonium pro  
nostro adducit, ubi est friget, ab illo pra illo, sumpta  
locutio ex Hebraeo בן הו enim sic usurpant: & habent  
interdum veteres loquendi modos, nunc parum vsi-  
tatos. Deinde si deprauatus est, non est id factum à  
Catholicis, qui operum fiduciam rejiciunt: sed ab hæ-  
reticis, vel Pelagianis, vel Caluinianorum antecesso-  
ribus. Nam nihil simile est, quam Pharisaeorum &  
Caluinianorum fiducia, utpote ad quos Pharisaeorum  
vitia transierunt magno incremento; inani se fiducia  
ipsi errare non posse iactant. Publicani vox est: Deus  
propitius esto mihi peccatori. Caluiniani quos ambitio  
caecavit, ne quidem in Dei conspectu confidentiam,  
fastumque ponunt. Se electos, se filios, sua sibi pec-  
cata omnia remissa, praesentia, praeterita, futura sta-  
tent, se petire non posse, cum aliorum contumelia  
sua iustitiam iactant, quam Deus iniustus imputet.

Calvinus totum hunc locum etiam deprauat.  
[Atque locus perspicue docet quid proprie fit iustifi-  
cari, nempe stare coram Deo ac si iusti essemus, neque  
enim Publicanus iustificatus ideo dicitur, quod no-  
tam qualitatem sibi repente acquisierit, sed quia in-  
ducto reatu, & abolitis peccatis gratiam adeptus est; Vnde iustus  
vide sequitur iustitiam in peccatorum remissione est-  
se positam, Ergo sicuti Pharisaei virtutes sedavit ac  
polluit prava confidentia ut nullius apud Deum pre-  
cii fuerit laudabilis eius coram mundo integritas, ita  
Publicanus nullis adiutus operum meritis sola venia  
deprecatione iustitiam obtinuit: Quia scilicet non a-  
libi quam in mera Dei clementia speravit. Sed vide-  
tur esse absurdum omnes in eundem cogi ordinem,  
cum longe alia sit sanctorum puritas quam fuerit pu-  
blicani. Respondeo. Quantumvis in Dei cultu &  
sanctimonia quis profecerit, si tamen reputet quan-  
tum adhuc sibi desit, non posse alia forma rite precari,  
quam si à reatu confessione incipiat, nam quamvis a-  
lii plus, alii minus, omnes tamen communiter obno-  
xii sunt. Quare non dubium est, quin legem hic Chri-  
stus omnibus praescribat, ac si diceret, tum demum  
Deum nobis placari cum operibus diffusi, gratis iusti-  
ficari petimus. Et hoc quidem aliqua ex parte fateri Caluiniani  
coguntur Papistae, sed mox pravo commento hanc contra Ca-  
doctrinam adulterant. Concedunt omnes opus ha-  
bere venia remedio, quia nemo perfectus est, sed pri-  
mum miseros homines inebiant partialis (quam vo-  
cant) iustitiae fiducia, deinde facti factiones affingunt  
quibus reatum suum deleant. Atqui haec vna fidei no-  
stria fultura esse debet, Deo nos esse acceptos, non  
quod ita sumus promeriti, sed quia peccata non im-  
putat.] Hic vera falsis, ambigua clavis miscetur. Pri-  
mo falsum est, Iustificari proprie esse, stare coram Deo ac si non est veluti  
iusti essemus; eo modo quo Calvinus intelligit, nempe iustum esse.  
maneu.

Interpres  
noster de  
sensu.  
Confiden-  
tia Calui-  
niana.

manente peccatorum fœditate. Neq; enim Deus iustos eos æstimat, qui in peccatis sunt. Nec malum dicit bonum, & bonum malum. Mirum est sane quendam hominem sibi tantum arrogare, ut scelera sua Deo approbare velint, & cum sint, manentq; omnibus modis contaminatissimi, putent se à Deo in iustorum censum relatos. Neque enim ut sit iustus, pœnitentiam confessionem reatus, aut pudorem requirunt illi, sed ante hæc omnia iustificatum esse negantur. Hæc est enim illorum maxima. *Deus iustificat impium non qui impius desinit esse, sed qui adhuc impius est.* Sibrand. contra Vost. p. 99. &c. *Homo non agit pœnitentiam, antequam iustificatus sit, adeo ne potest quidem.* Ex hoc igitur errore, iustificari est stare coram Deo, ac si iusti essemus, antequam pœnitentiam agamus, antequam peccatorum pudeat, cum adhuc manemus impii, nondum scilicet mala voluntate qua à Deo sumus auersi retractata, aut etiam eadem voluntate adhuc acta contra Deum furentem. Nihil vero magis huic loco aduersum est. Pharisæus intempertius æstimator sui à Deo reicitur, quia pœnitentiam non agebat, falsa innocentia fiducia. Publicanus veniam impetrat humilitate, confessione scelerum suorum. Non igitur ante remissa peccata fuerunt. Imo hoc ex Caluino satis apparet, *se reum ante confessionem illam & petitionem absolutus est. Quare non dubium est quin legem hic Christus omnibus prescribat, ac si diceret Deum cum demum nobis placari cum operibus diffusi gratis absolui petimus.*

*Iustitia Caluina est impietas.*

*Publicanus ante orationem non erat iustus.*

*Noua qualitas in publicano.*

*Illam à Deo est.*

*Peccata non remittuntur sine gratia.*

*Gratis Deo non per vilius opus reconciliamur.*

*Iustitia partialis huc non pertinet.*

§. 3. Deinde ambiguum, quod ait, *Publicanum sibi nouam qualitatem de repente non acquisiuisse.* Non suis viribus, non industria, ne quidem supernaturali quadam actione acquisiuit, sed tamen accepit, à solo Deo gratuita benevolentia, gratiam in cor eius diffundente. Aliunde accepit, sibi non peperit. Accepit inquam gratiam peccati expultricem, mutui fœderis inter Deum & hominem conciliatricem. Quæmadmodum cū sol aerem radiis illuminat, nouam qualitatem suo vigore ac efficientia diffundit, ita Christus veniens & illuminans omnem hominem, sine noua luce id non efficit.

§. 4. Quod concludit iustitiam in sola remissione peccatorum positam esse, asystata, & quæ fieri non possunt, imperite conuenit. Perinde enim est, ac si dicat illuminationem aeris in solo tenebrarū depulsu consistere, cum tamen tenebræ non nisi luce fugentur. Sed mirum est eum sic vertigine agitari, ut sui non meminerit. *Publicanum ait venie deprecatione iustitiam obtinuisse,* illi deprecationem fides, spes, humilitas iuncta fuerunt, ante deprecationem igitur non fuit iustitia, quam sola deprecatione obtentam Caluinus docet; Deprecatio legitima, seu ventis impetranda idonea mutationem animi requirit. Iraque hic non est sola remissio, sed ea etiam per quæ fit gratuita remissio.

§. 5. Verissimum est, quod dicit nos docere, nemini Deum placari, nisi diffusis operibus gratis reconciliari petat. Nullum enim vilius creaturæ opus potest inimicum Deo reconciliare. Remissio igitur gratuita misericordiâ datur. Hanc tamen veritatem duplici mendacio fœdauit, ac poluit; primum obscuro, deinde manifesto. Obscurum mendacium est. Nos homines inebriate iustitiæ partialis fiducia. Iustitia partialis magis ad iuriscōsultos, quam Theologos pertinet, cum dicitur esse vna e quatuor illis virtutibus, quas Cardinales vocant, de qua Theologi in iustificationis tractatu non loquuntur. Partialem iustitiâ qua quisq; singularim iustus est dicere possumus, sed non solemus. Huius fiducia neminem inebriamus. Tantum modo dicimus, hanc iustitiâ à Deo gratis omnino sine vllis operum meritis dari, ea; que iustos, quicumque iusti sunt. Neq; hic est fiducia obrietas vlla, sed spes sobria Catholicorum. Quoscumq; Deus iustificare dignatur,

illis peccata remittendo iustitiâ supernaturali meritis hominū meritis sola misericordia gratuito infundit, & iustus ipse facit, fideles itaq; sibi peccata remissa & iustitiâ datam sperant, ea; se fiducia solantur, nec accusanda est illorum spes, non magis quam si aliquis deterio nigrore dealbatus sit à Deo, consideret se albi esse, non modo nigrore abolitione, sed etiam candoris accessu. At stolidi est scripturis contraria Caluinarum fiducia, qui non modo sperant, sed certissima fide credunt, iustos se esse sola peccatorum remissione, nullo iustitiæ accedente ornamento. Iactant se impios & impios permanentes, ante pœnitentiam, ante voluntatis mutationem, in ipso scelere suorum æturi, & tunc non esse iustos, sed à Deo haberi, nec posse hoc decretum à Deo mutari.

§. 6. Alterum dixi manifestum esse mendacium. Nemo enim docet reatum nostrum per satisfactionem deleri. Pœnas temporales per satisfactionem deleri, dicimus, non reatum culpæ. Et illas tamen ipsas satisfactiones esse de gratia Domini, non ex nobis.

§. 7. Bina ieiunia Pharisæorum ordinaria fuisse tradidit Epiphanius, id consuetudine quadam inductum est, deinde fuit arrogantiæ occasio. Eadem habet liber Thaanith, vnde forte ille mutatus est.

§. 7. Publicanus procul, hoc est, in porticu in quam ingredi potuerant i. Reg. 8. 41. Ioseph. l. 2. contra Appionem. Omnia igitur Pharisæorum secunda, publicano aduersa videbantur, donec peccatis humiliantis se, Deus ignoscere, superbiens hypocrisis in publicum produceret. Percutit peccatus, ne Deus animam percuteret v. 13. *eis non est peccatum*, multi codices omittunt *est peccatum*, potuit sic caput & genas verberare, verum correcti habent *est peccatum*.

§. 8. Caluinus l. 3. instit. c. 4. n. 35. negat satisfactionem requiri, *quia publicano nulla sit inuoluta, sed dicitur iustificatus, non satisfecisse.* Respondeo. Publicanum remissionem impetrasse ex Dei misericordia plane gratuita, quemadmodum ceteri peccatores, An ille deinde pro pœna temporali satisfecerit, an dimidium bonorum dederit, alia; fecerit, nobis ignotum est. Nec dicimus semper satisfactionem pro pœna temporali necessariam esse, sed aliquando. Tanta est aliquando contritio, ut temporalem etiam pœnam tollat. Quod ad Dauidem attinet alioque, constat pœnam temporalem post remissa peccata exactâ. Verum recte quoq; habet quod ab ea sententia iam in Hollandia doctores cum Arminio recesserunt, Arminii sententia. An responsum ad art. 9. [Qui Theologiam à limine salutari, non sunt afflictione & calamitates huius vitæ, animalis, esse vel pœnas vel castigationes vel probationes, hoc est, Deus illis immitendis vel intendere probationem propter peccata, quatenus iam peccata sunt, citra alium respectum: vel castigationem ne in alia & similia deinceps incedant, vel probationem dei, spei, charitatis, patientiæ, & similibus insignium virtutum.] Et paulo post. [Dixi aliquando, cum ageretur de calamitatibus domui Dauid inflicis, propter factum ipsius aduersum Uriam, & loca scripturæ quæ adferebantur, magna verisimilitudine niteretur ad probandum istas, pœnarum rationem habuisse, non esse necesse ut in istas angustias nos conijci ab aduersariis pontificis pateremur, ex quibus difficulter credi possemus, cum verba videantur aduersus illam sententiam facere, quæ dicit illas nullo modo pœnarum rationem habuisse, dici non in eorum modo posse, cum peccatum mereatur pœnam æternam peccati gratia conuenientem, & simul pœnam temporalem, si quidem & illam visum est Deo infligere, quod sepe non facit ne in illis quidem, qui in peccatis perleuerant. Et deniq;. Cæterum fateor me certa conscientia assentire, tate non audere, mortem temporalem, quæ immititur

